



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Capitularia Regvm Francorum

Additae sunt Marculfi monachi & aliorum formulae veteres, & Notae
doctissimorum virorum

Baluze, Etienne

Parisiis, 1677

XLIII. Divisio regni Lotharij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-22974

TITVLVS XLII.

Pactio Aquisgranensis.

ANNO INCARNATIONIS DOMINI NOSTRI
 Iesu Christi DCCCLXX. Indictione III. pridie nonas Martij, anno XXXII.
 Karoli gloriosi Regis, Aquisgrani palatio he pactiones inter ipsum & Hludou-
 vicum Regem fratrem ipsius facte sunt.

INGELRAMVS COMES EX PARTE
 Karoli Regis.

Sic promitto ex parte senioris mei
 quodd senior meus Karolus Rex fratri
 suo Hludouico Regi talem portionem de
 regno Hlotharij Regis consentit habere
 qualem aut ipsi iustiozem & plus equalio-
 rem aut communes fideles eorum inter se
 invenerint. Nec eum in ipsa portione, vel
 in regno quod antea tenuit, per aliquam
 fraudem vel subreptionem decipiet aut
 forconsiliabit, si frater suus Hludouicus
 eandem firmitatem & fidelitatem quam ex
 parte senioris mei illi habeo promissam,
 iste frater suus Hludouicus seniori meo
 ex parte sua, quandiu vixerit, inviolabili-
 ter servaverit.

ITEM LEVTFRIDVS COMES
 ex parte Hludouici Regis.

Sic promitto ego ex parte senioris mei
 quodd senior meus Hludouicus Rex fratri

suo Karolo Regi talem portionem de reg-
 no Hlotharij Regis consentit habere qua-
 lem aut ipsi iustiozem aut plus equalio-
 rem aut communes fideles eorum inter se
 invenerint. Nec eum in ipsa portione, vel
 in regno quod antea tenuit, per aliquam
 fraudem vel subreptionem decipiet aut
 forconsiliabit, si frater suus Karolus ean-
 dem firmitatem & fidelitatem quam ex
 parte senioris mei illi habeo promissam,
 iste frater suus Karolus seniori meo ex sua
 parte, quandiu vixerit, inviolabiliter ser-
 vaverit.

Hec eadem tertius Theodoricus Comes
 ex parte gloriosi Regis Karoli, & quartus
 Radulfus Comes ex parte Hludouici pro-
 secuti sunt.

Isti presentes fuerunt, Leutbertus Ar-
 chiepiscopus, Altfrius Episcopus, Odo
 Episcopus, Adalelmus Comes, Ingelram-
 nus Comes, Liutfridus Comes, Theodo-
 ricus Comes, item Adalelmus Comes.

TITVLVS XLIII.

Divisio regni Lotharij.

ANNO INCARNATIONIS DOMINICÆ
 DCCCLXX. regni Karoli XXXIII. Indictione III. VI. Idus Augusti,
 inter gloriosos Reges Karolum & Hludouicum fuit hec divisio regni facta
 in Procaspide super fluvium Mosam.

ET HÆC EST PORTIO QVAM
 SIBI HLVDVVICVS ACCEPIT.

Coloniam. Vtrech.
 Treveris. Stratfurch.

Basulam.	Indam.
Abbatiam Sivestre.	Sancti Maximini.
Berch.	Ephternacum.
Niu monasterium.	Horream.
Castellum.	Sancti Gangulfi.

Faverniacum.
Polemniacum.
Luxovium.
Lutecam.
Balmam.
Offonis villam.
Megeni monasterium.
Sancti Deodati.
Bodonis monasterium.
Stivagium.
Romeric montem.
Morbach.
Sancti Gregorij.
Mauri monasterium.
Eboresheim.
Homovva.
Mafonis monasterium.
Homburch.
Sancti Stephani in Straftburch.
Erenstein.
Sancti Vrli in Salodoro.
Grandivallem.
Altam petram.
Iustenam.
Vallem Clusæ.
Castellum Carnones.
Heribodesheim.
Abbatiam de Aquis.
Hoenchirche.
Augustchirche.
Comitatum Testrebant.
Batua.

Hatuarias.
Masau subterior de ista parte.
Item Masau superior, quod de ista parte est.
Liugas quod de ista parte est.
Districtum Aquense.
Districtum Trechtis.
In Ripuarias comitatus v.
Megensium.
Bedagovva.
Nitachovva.
Sarachovva subterior.
Blesitchovva.
Selme.
Albechovva.
Suentisium.
Calmontis.
Sarachovva superior.
Odornense, quod Bernardus habuit.
Solocense.
Basiniacum.
Elischovve.
Warasch.
Scudingum.
Emaus.
Basalchovva.
In Elisatio comitatus r. r.
De Frisia duas partes.

ET HÆC EST PORTIO
QUAM KAROLVS DE EODEM
REGNO SIBI ACCEPIT.

Lvgdunum.
Vefontium.
Viennam.
Tungris.
Tullum.
Viridunum.
Cameracum.
Vivarias.
Vctia.
Montem Falconis.
Sancti Michaelis.
Culdini monasterium.
Sanctæ Mariæ in Bifincio.
Sancti Martini in eodem loco.
Sancti Augentij.
Sancti Marcelli.
Sancti Laurētij Leudensi.
Sennonem.
Abbatiam Mellam.
Molbarium.
Laubias.
Sancti Gaugerici.
Sancti Salvij.
Crispinno.
Foffas Marilias.
Hunulcort.
Sancti Servatij.
Maalinas.
Ledi.
Sumniacum.
Antonium.
Condatum.
Merrebecchi.
Ticlivinni.
Luitofa.
Calmontis.
Sancta Maria in Deonant.
Echa.
Andana.
Wasloi.
Altum montem.
Comitatum Texandrum.
In Brachanto comitatus quatuor.

Cameracensium.
Hanioum.
Lomensem.
In Hasbanio comitatus quatuor.
Masau superior de ista parte Mosæ.
Masau subterior, quantum de ista parte est.
Liugas quod de ista parte Mosæ est, & pertinet ad Velsatum.
Scarponinse.
Viriduninse.
Dulminse.
Arlon.
Vaurense comitatus duos.
Mosminse.
Castricum.
Condrust.
De Arduenna, sicut flumen Vrta surgit inter Bislanc & Tumbas, ac decurrit ex hac parte in Mosam, & sicut recta via ex hac parte occidentis pergit in Bedensi, secundum quod Missidum quod Missi nostri rectius invenerint.
Tullense.
Aliud Odornense, quod Termarus habuit.
Barrense.
Portense.
Salmoringum.
Lugdunense.
Viennense.
Vivarias.
Vctiam.
De Frisia tertiam partem.

De regno quod Hlotharius habuit, super istam divisionem, propter pacis & caritatis custodiam, superaddidimus istam adjectionem.

Civitatem Mettis, cum abbatia sancti Petri & sancti Martini & comitatu Moslensi, cum omnibus villis in eo consistentibus, tam dominicatis quam & vassallorum. De Arduenna, sicut flumen Vrta surgit inter Bislanc & Tumbas, ac decurrit in Mosam, & sicut recta via pergit in Bedensi, secundum quod communes fideles nostri rectius invenerint, excepto quod de Condustro est ad partem Orientis trans Vrtam. Et abbatias Prumiam & Stabolau, cum omnibus villis dominicatis & vassallorum.

Et in crastina, scilicet 14. Idus ejusdem mensis, simul convenerunt, & valescientes se mutuo

se mutuo ab invicem discesserunt, Hludovicus videlicet Aquis rediens & Karolus Leptinis uxorem suam obviam sibi venire jubens, partem ipsius regni quam accepit sicut placuit sibi divisit.

TITVLVS XLIV.

Apud Gundulfi villam.

ANNO INCARNATIONIS DOMINICÆ

DCCCLXXII. Indictione quinta, quinto Idus Septembris, in placito generali apud Gundulfi villam, cum Hludovicus sacramenta superius scripta disrupisset, & equivoco suo iidem Hludovico Imperatori se conjunxisset, & sacramenta quæ superius scripta sunt fieri iussisset, Ingilberga Regina & legatis sedis Apostolica, Formoso scilicet & Gaderico, presentibus, hac tempestate urgente, Episcopi omnes ex regno gloriosi Regis Karoli hanc professionem infra scriptam fecerunt, & omnes laici hoc sacramentum similiter infra scriptum juraverunt.

PROFESSIO EPISCOPORVM.

Quantum sciero & potuero, adjuvante Domino, consilio & auxilio secundum meum ministerium fidelis vobis adjutor ero ut regnum quod vobis Deus donavit vel donaverit, ad ipsius voluntatem & sanctæ Ecclesiæ ac debitum regium honorem vestrum & vestram fideliumque vestrorum salvationem habere & obtinere possitis.

SACRAMENTVM LAICORVM.

Quantum sciero & potuero, adjuvante Domino, consilio & auxilio fidelis vobis adjutor ero ut regnum quod habetis ad Dei voluntatem & sanctæ Ecclesiæ & vestrum honorem atque ad vestram salvationem continere possitis, & quod Deus adhuc vobis concefferit, adquirere & contra omnes homines defendere valeatis.

GENERALE

OMNIVM FIDELIVM.

Sic promitto ego quia de isto die inantea isti seniori meo, quandiu vixero, fidelis & obediens & adjutor quantumcunque plus & melius sciero & potuero & consilio & auxilio secundum meum ministerium in omnibus ero absque fraude & malo ingenio, & absque ulla dolositate vel seductione seu deceptione, & absque respectu alicujus personæ; & neque per me, neque per Missum, neque per litteras, sed neque per emissam seu intromissam personam, vel quocunque modo ac significatione contra suum honorem & sanctæ Ecclesiæ atque regni illi commissi quietem & tranquillitatem atque soliditatem machinabo vel machinanti consentiam; neque unquam aliquod scandalum movebo quod illius presentis vel futuræ salutis contrarium vel nocivum esse possit. Sic me Deus adjuvet & ista sanctorum patrocinia.

